



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

11. De languidis Affectibus & ijs qui vocantur απαλαιζοι.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

alic cythara ludentem, aureas beatas. Cæterum cantus erat terræ laudatio; cui quidem de aureo cytharo libare mihi videtur, quod puellam oeculuerit dehiscentes, ad sese deinde contrahens.

Tandem describit incendium, in quo ridiculum est, quod ait, Iulianum Imperatorem, ubi de templi incendio rumor auditus est, Mercurij talaria quæsiuisse, ut ad flammam restinguendam properaret, Nymphas è suis fontibus egressas, ingentem luctum excitasse. Postremò concludit:

Præsta te mihi talem, Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaretur, iræ plenum, & nocti adsimilem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus: præceptum est, quod colamus simulachram, haud aliter, quam si sponfus aliquis interim dum cotollæ contextuntur, moriatur.

Hi non sunt affectus, sed deliramenta, ut præclarè animaduertit D. Chrysostramus.

De languidis affectibus, & ijs, qui vocantur ἀπαισίοι.

CAPVT XE.

Dorionis egregium dictum. Ache. l. 3.

DOrion ille quidem tibi cum haud ignobilis, & præ cæteris factus, ut multas in omne genus hominum, sic in poetas, & oratores plerasque contorsit argutias, qui in rebus magnis describendis fuissent argumento longè inferiores. Itaque cum tempestatem à Timotheo descriptam in naua legeret, liquidò affirmavit, se in feruenti cacabo vidisse vehementiorem. Hoc plerisque oratoribus accidit, qui in ijs affectibus effingendis, qui vehementiam habent non mediocrem, ita ipsi semissi sunt, & languidi, ut multum de rei maiestate detrahant. Quis enim fingere non patet, qui in grauissimis iniurijs languorem orationis simul habeat, & actionis? Natura ipsa in istis sua sponte prostrat satis, nec anterioribus indiget incitamentis, nam & imperiti & barbari, dum suas, aut propinquorum lamentantur iniurias, ita voce, vultu, & tota actione se gerunt, ut appareat eos, quod agunt, imis sentire me dullis, ac visceribus, si quis igitur orator ita est naturæ imbecillitate constitutus, vel etiam voce, & lateribus ita tenuis,

ut nec possit indignari, nec irasci, nunquam huiusmodi argumenta tractare debet.

Quis Marrem iunctum ad adamantina dignè dixerit, aut puluere Troico Nigram Merionem aut opo Pallada Tydidem superis parem.

Horat. carm. ode 11.

Qui genium habuerit potentis naturæ, quam non omnino in hac re cedendum est naturæ, sed si vehementius, quam par est, incitata fuerit, restringenda est nonnunquam, & ardoris cursus compescendus, ne in eos motus incidamus, quos Rhetores καλαίσις nominant, inconditos scilicet, & agrestes, nec palæstræ cultura perpolitos. Sic Oratori modestia, quod C. Græcho Erycinus seruus: quæ non fistulæ eburneæ, sed rectæ rationis lege, modò inconditi motus vastitatem colligat, modò intemperantis vehementiam reprimat, modò lasciuientis luxuriam amputet, ad summum, omnia iuxta decori leges & iura componat.

De mixtura affectuum.

CAPVT XII.

Dilectationis mater est varietas, quam, ut natura in rebus, sic in oratione ars, & ipsa quæ conficitur ex arte ratio, prudenter obseruat. Non erunt igitur omnia uno affectu perterenda, sed prouerterunt, actionumque dissimilitudo postulabit, grata disparitate miscenda, quam necessarius actionis excitata quædam species, atque admirabilitas consequitur. Et hoc ipsum in Sapphone Poetria de meliore nota commendat Dionysius Longinus, quod ut sublimis artifex, diuersus motus summa varietate, nec minus eleganti pulchritudine temperaret, ut in istis versibus:

Φάνε' αἰ μὲν κ' εἶν' ἴσ' ἑ δ' αἰσίοισιν
Εμὲ δ' ἢ πῶς ὅτις ἐναντίοι τοι
Ἰζάνει, καὶ πλοῖον ἀδουφάνει
Σαῦπα κ' αὖθει.
Καὶ γενέσθαι ἰμερδὲν τὸ μοι τὰρ
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπιθώσσει.
Ὡς ἴδον ο' ὡς βρόγχον ἔμοι γὰρ αὐδῆς
Οὐδ' ἔδ' ἤκει.

Et cæteri, quos Latinos habes apud Catullum.

Aaa ; Sed